



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Vita Evsebii Pamphili Caesareae Palestinae Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

VITA EVSEBII PAMPHILI
Cæsareæ Palestinae Episcopi.

Eusebius hic Pamphili, Constantini magni temporibus profluit, & usque ad filium ipsius Constantinum Cæsareæ Palestinae episcopatum gesit. Fuit autem in diuinis scripturis plurimum versatus, & pariter cum Pamphilo martyre Diuinæ bibliothecæ inuestigator diligentissimus. Complures libros edidit, in quibus sunt isti:

Demonstrationis Euangelicæ	lib. 20.
De præparatione Euangelica	lib. 15.
Theophaniæ	libri 5.
Historiæ ecclesiasticæ	lib. 10.
De vita Constantini magni	lib. 4.
Chronicorum canonū omnis generis historiæ, & horum epitome, & de Euangeliorum discrepantia.	
In Esaiam Prophetam	lib. 10.
Aduersus Porphyriū qui iā tū in Sicilia scribebat	li. 10.
Vt verò alij existimant	lib. 30.
Topicorum	lib. 1.
In defensionem Origenis	lib. 6.
De vita Pamphili	lib. 3.
De martyribus alij commentarij.	
Et ad Marinum.	
Et in 150. psalmos illustres commentarij.	
Itemque alia multa monumenta.	
Sub Constantino & Constantio Regibus præcipue floruit: & propter amicitiam, qua cum Pamphilo illo martyre coniunctissimus erat, eiusdem cognomine dignus existimatus est.	